



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCCCLXVII. Mag. Johann Bock, Vicepropst in Salzwedel, bestätigt die in der  
Marienkirche daselbst gemachten geistlichen Stiftungen, am 29. Juni  
1481.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCCCLXVI. Hans von Jetze verkauft der Brüderschaft U. L. Frauen zu Salzwedel eine Rente von einer bei Bombeck gelegenen Wiese, am 27. Juni 1481.

Ick hans von jetze, hans zeliger Sone, Bekenne apenbare mit dussene briefe tugende — dat ick vorkofft hebbe — vpp vnd an myner wisch achtir Bommeke, hinder des schulten houe beleggen, Ern kirsten Rademynn, prouifori, Hanfse scharfte vnde Otten fyntzelberg, vorwefern der Broderscap vnser leuen frauwen ja der oldenstad Soltwedel, — dry margk penninge jarliker renten Soltwedelscher weringen vor vesttig mark penninge dersuluen weringe, De sie my wol to dancke vornuget vnd betalet hebben etc. — Doch hebbe ick hans von jetze, erbenomet, vor my vnde myne eruen beholden den wedderkop sodaner dryer mark penninge jarliker renten etc. — Vnde Ick Hennigk von Jetze, hans zeliger sone, des vpgenanten hanses von jetze elike bruder, Bekenne ok openbare mit dussen brife — dat de vorcreuene kop — mit mynem vnde myner eruen willen vnd fulborde gescheen ifs etc. Na cristu vnser heren gebordt virtein hondert jare, darna jm Eyn vnde achtentigestem iare, Am middeweken na der gebord Johannis baptiste.

Nach dem Originale des Salz. Archives XIII, 6.

CCCCLXVII. Mag. Joham Bock, Viceprobst in Salzwedel, bestätigt die in der Marienkirche daselbst gemachten geistlichen Stiftungen, am 29. Juni 1481.

Johannes bock, Arcium magister, Viceprepositus etc. prepositure Soltwedel, verdenfis dioecesis, Vniuersis et singulis dominis vicariis, Altaristis, Comendistis seu loca tenentibus eorumdem ceterisque Clericis nobis subiectis Salutem In domino. Nouerint quod nobis alias pro parte prouidorum virorum Hans besendal et hans wikenberch, prouiforum ecclesie beate Marie virginis veteris opidi Soltwedel, dicte verdenfis dioecesis, honorabilium et consulum virorum dominorum proconsulum et consulum dicti Opidi, uti asseruerunt, consensu interueniente, fuit expositum, Quod nonnulli Clerici quam etiam laici adhuc uiui et etiam quamplurimi ex eis defuncti hactenus quaedam memorias votiuas et Consolaciones, quarum nomina volumus hic habere pro sufficienter expressis, certis temporibus et modis annuatim in dicta ecclesia peragendas et celebrandas, de bonis sibi a deo collatis ob animarum eorum salutem apud dicte ecclesie prouifores et eorum antecessores et per eos subordinandos, fundarunt, statuerunt et fecerunt, Que tamen propter perfoluentium negligenciam suis debitis, quos fortiri deberent, priuantur effectibus. Quare dicti prouifores nobis, quatenus dictas memorias, votiuas et consolaciones In dicta ecclesia admittere ac confirmare et approbare eis que super premissis debite prouidere dignaremur, supplicarunt humiliter quam deuote. Nos vero Johannes, vice prepositus, diuini cultus incrementum summopere diligentes Attendentesque quod iusta petentibus non sit assensus denegandus, predictas memorias votiuas et consolaciones confirmandas duximus et approbandas ac quantum in nobis est eas dei nomine confirmamus et approbamus per presentes, Mandantes nichilominus vobis omnibus et singulis supradictis

sub pena carencie presentiarum distribuendarum et in domino feliciter exhortamur, Quatenus in terminis et festiuitatibus, quando dicte memorie votive et consolaciones perfoluende et proagende venerint, vos a principio usque ad finem diuini cultus — de cetero interesse curetis. Alioquin, si qui vestrum In Missa post kirieleyson In vigilijs post venite et in vesperis post tercium psalmum dictarum memoriarum, uotiuarum et consolacionum immediate non presentes fuerint, huiusmodi presentibus tunc distribuendis se nouerint legitime fore priuandos eisque eas minime dari debere. Ut omnia et singula premissa decetero inconcussa maneant, sigillum prepositure Soltwedel presentibus duximus appendendum. Datum Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, feria secunda post Johannis baptiste.

(sign.) Meynhardus kreneth, ad premissa  
Notarius constitutus.

Nach dem Orig. des Salz. Archives VII, 11.

CCCCLXVIII. Johann von Cardona ertheilt, für Beitragsleistung gegen die Türken, einer Wittwe zu Salzwedel den vom Papste verordneten Ablass, am 20. August 1481.

Frater Johannes de Cardona, ordinis hospitalis sancti Johannis iherosolimitani baiulivus, maioricensis Reuerendissimi magistri et sacri Conuentus Rhodi locumtenens ac Commissarius, A sanctissimo in cristo patre et domino nostro, domino Sixto, diuina prouidentia papa quarto, Vigore litterarum suarum pro expeditione contra perfidos turchos, cristiani nominis hostes, in defensionem Insule Rhodis et fidei catholice facta et facienda per vniuersum orbem concessarum, ad infra scripta deputatus, dilecte nobis in cristo Alheyd relicte pasche lukstede Salutem in domino sempiternam. Prouenit ex tue deuotionis affectu, quo Romanam ecclesiam Reuereris ac huic sancte et necessarie expeditioni gratum Reddis et liberalitatem, ut petitiones tuas Illas presertim, que conscientie pacem et anime tue salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos tuis deuotis supplicationibus inclinati, tibi vt aliquem idoneum et discretum presbiterum secularem uel cuiusuis Ordinis Regularem in tuum possis eligere confessorem, qui confessione tua diligenter audita, pro commissis per te quibusuis criminibus, excessibus et delictis, quantumcunque grauibus et enormibus, etiam si talia fuerint, propter que sedes apostolica sit quouis modo merito consulenda, Iniectionis manuum in episcopum uel superiorem ac libertatis ecclesiastice offense seu conspirationis in personam aut statum Romani pontificis uel cuiusuis offense, inobedientie aut Rebellionis sedis eiusdem ac presbitericidij casibus dumtaxat exceptis, In reseruatis semel tantum, in alijs vero non reseruatis totiens quotiens durante vita tua fuerit opportunum, Debitam absolutionem impendere et penitentiam salutarem iniungere ac omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contrita et ore confessa fueris, semel in vita et semel in mortis articulo plenariam remissionem et indulgentiam omnimodam auctorita apostolica tibi concedere possit dicta auctoritate, qua per ipsius literas sufficienti facultate muniti fungimur in hanc parte, indulgemus. In quorum fidem has nostras literas sigilli nostri, quo in talibus vtimur, impressione munitas fieri Iussimus atque mandauimus. Datum die vicesima Mensis Augusti, Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.